



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Oratione vocali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. nem, & iterum affirmat: *Hic est Christus:*  
A.C. 1527. *O judaicum & incredulum genus! vis vide-*  
*re Jesum, concende arborem, sume tibi oculos Zachæi.*

*VI. Recte negligitur color aut forma ves-*  
*sis, quoties id commodum est homini.*

Ex hisce propositionibus prima dam-  
natur tanquam impia, hæretica, necnon  
Wiclefi ac Lutheri erroribus consona. II.  
Dicitur esse temeraria, necnon externum,  
qui Deo exhibendus est, cultum evertens.  
III. Perstringitur velut impia, atque in-  
juriosa Ecclesiæ, cum Author innuat, Ec-  
clesiæ ritus esse Judaicos, eosque solis in-  
frmis convenire. IV. Censetur esse falsa.  
V. Notatur, tanquam impia, eoquod Eras-  
mus impudenter videatur insultare Ecclesiæ,  
quæ semper in pretio habuit Religiosorum in-  
stituta, diversisque eorum habitus, uestes-  
que diversi coloris approbavit. VI. Deni-  
que propositio, inquit Facultas, innuens  
unicuique Religioso licere suum habitum re-  
linquere, quoties id illi commodum visum  
suerit, Ecclesiasticam & Monasticam dis-  
ciplinam dissolvit, & sanctorum Patrum ac  
Pontificum & Conciliorum institutis inju-  
riam infert.

### De Oratione vocali.

**T**otidem quoque propositiones circa  
orationem vocalem prescripsit Fa-  
cultas.

cultas. Prima erat hæc : *Christus in Sæcul. XVI.*  
*orando damnat multiloquium.* A. C. 1527.

II. *Cantiuncularum, clamorum, mur-* Eras. l. cit.  
*murum ac bomborum ubique plus satis est, annot. 60. &*  
*si quid ista delectant superos.* in Matth. c.

III. *Quid aliud auditur in Monasteriis, in* b. in I. ad  
*Collegiis, in Templis, quam vocum stre- Cor. c. 14.*  
pitus.

IV. *Vulgus non aliud audit, quam vo-*  
ces non significantes.

V. *Obsecro, quid sentiunt de Christo,*  
qui illum credunt hujusmodi vocum strepitu  
delectari.

VI. *Cur dubitat Ecclesia tantum Au-*  
dorem sequi? aut cur audet ab eo dissentire?  
de Paulo loquitur.

Harum propositionum prima juxta Facultatis judicium est erronea, quia Christus Dominus non omne multiloquium in oratione damnavit, sed illud Paganorum, quod ex infidelitate procedit existimantium Deum non aliter audiare, aut intelligere orantes, nisi multiloquio utantur. Secunda, quæ Ecclesiæ cantum ac Musicam damnat, rejicitur tanquam falso, temerarie & impiæ asserta, damnatoque hæreticorum errori favens. Porro postremæ quatuor propositiones damnantur tanquam impiæ, eoquod unice eo tendant, ut modum, quo divinæ laudes decantantur, vilipendant.

De